

bus intenti, eorum sint, & in coelum abeant, à n. 1115. Terra sunt inanis, & vacua, n. 933. & 1599.

12. *Clamavit voce magna.* Vbi Chrysol. ferm. 65. *Vocem Christi, sicut mortui corpore de sepulchris suscitatur ad vitam perfidia mortui ad vitam fidei sic resurgunt.* Et S. Augustinus: *Magna voce clamando, id est, magna gratia vocando, scilicet, Evangelica Christi doctrina, quæ Dei vox est potentissima, sepulchra penetrat, mortuos suscitatur, & illuminat peccatores, n. 2385. & à n. 2378.* Deinde Christi doctrina, non imbellis, sed bellatrix, non infirma, sed fortissima ad suscitandos peccatores, à n. 2292.

13. *Lazare, vni foras.* Cur illum nominatum vocat? Respondet S. Thomas ex Augustini mente: *Quia tanta erat virtus vocis eius, quod pariter omnes mortui cogerentur exire, nisi per expressionem nominis virtutem suam ad unum determinasset.* O quanta est peccatorum obduratio, qui per internas illustrationum voces à Deo vocati, à peccatis non resurgunt! n. 935.

14. *Statim prodit qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus in iherusalem, & facies eius sicut erat ligata.* A morte ad vitam revocatum, & adhuc mortis signa circumfert? Ita, arcane quidem? Quia qui mortem præ oculis habet, vigilat, & immortalis redditur, à n. 1957.

Dominica in Passione.

7. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ioan. 8. Si pio obsequio, Mariam salutando, laudare exambis, aniam hinc capias adstruendi immunitatem ejus à peccato originali. Et enim si eo infecta Virgo Mater fuit, de eo arguere Christum illius Filium, non male quivis posset. Primum, quia tanta tantæ Matris infamia Filii ignominiosè deveniret; neque ejus sanctitas ita perfecta, & absoluta reputaretur, de quo à n. 2130. Secundo, quia cum lex honorandi Parentes, Christum, quæ homo est, obligaret, honesto huic honori, cultui, pietati, religioni, & observantiæ erga Matrem, ille defuisset, si eam à primordialibus delictis turpissima ignominia non vindicasset; cum verè posset, De quo latè à n. 2141.

8. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Passioni suæ, & nostræ jam proximus redemptioni Christus, se mundum ab omni labe esse, & peccati reatu, opportunè præmisit: *Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impletus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus,* ad Hebr. 7. Illa ipsa lesu Redemptoris verba sibi jure merito assumat Deipara nostra, jactetque omnimodæ suæ sanctitatis securam coram arrodentibus [si quis fortè sit] originariam ejus puritatem. Quis eam de peccato potest arguere? vel ea solum de causa immunis omnino extitit, quod humani generis corredemptrix sit, nostræque redemptionis consummatio, sive complementum. Quod referas dicta à n. 1834. & à n. 738.

9. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Securus planè omnigenæ suæ puritatis Dominus coram adversariis maledicentiâ armatis stat intrepidus; eosque ad singulare provocat innocentiam certamen, & de peccato arguit, quin ipse merito, jure, ac verè de peccato redarguit, unde triumphator evasit. Quia certè pura sanctitas palam tulit semper vel contra potentissimos quoque hostes, à n. 1959.

10. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Multa Christus fidei mysteria, tanquam sapientissimus mundi Magister, edocuerat; edocebatque, ut verè ostendat, qualis quantaque sit ejus sapientia, & doctrina, exortum se esse ab omni culpa, manifestat, omnique sanctitate conspicuum. Nam sanctitas est Christianæ sapientie anima, sine qua inanis, & emortua extat quæcumque sapientia, à n. 170.

11. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Conscius sibi erat omnimodæ suæ sanctitatis; nihilominus tamen, ut hominum saluti consulere, quos ad se trahere connebatur, curam habet de bono nomine, & fama quoque versus diffundenda. De quo ad V. 20. & 21. à n. 1957.

12. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ecce non seipsum commendat ab omnimoda sapientia, sed ab omnigena potius sanctitatis puritate? Profectò ut ostendat, quantum apud ipsum valeat sanctitas præ sapientia, & quantum nos sapientie sanctitatem præferre debeamus, à n. 278.

13. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Qua ratione in solido veritatis creatus sit Adamus, & ad illum (per peccatum amissum) fuerit à Christo revocatus, n. 2113.

14. *Si veritatem dico vobis.* Crebrò se olim Deus hominibus manifestavit in hominis forma, specie tenus vera, & ei credebant non verò cum veram ejus naturam demonstrabat. Quid hoc? Respondet Chrysol. ferm. 131. *Quia fortè figura, honor, veritas putatur injuria.* Vide à n. 1083. & à n. 1250.

15. *Quare non creditis mihi?* Certè non ob aliam causam ei non credebant, nisi quia impii cum essent, instabilia mendacii

opera amabant, exosam habentes Evangelicam doctrinam, quæ immutabili innititur veritati, n. 2407.

16. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Bene hic Hugo: *Qui ex Deo est, fide & gratia, verba Dei audit id est, amari & cum devotione recipit, secundum quod sicut dicit: Qui diligit Regem, diligit ejus legem.* Certè Dei verbum, cum divinam æterni Verbi naturam, & attributa æmuletur, summo cultu, ac religione debet suscipi, n. 2334. & à n. 2324.

17. *Samaritanus es tu.* Hoc convitium tacitus præterit Christus, cujus rei causam exhibet Augustinus: *Samaritanus enim interpretatur custos, noverat ille se nostrum esse custodem.* Verè qui illum habet custodem habet circumdantem, & protegentem adversus diaboli machinationes, à n. 1143. Custodit nos, ac protegit, ut Aquila pullos suos, iure Dei jaculis corpus suum obiciens, n. 1095. & 1096.

18. *Ego dantonium non habeo, sed honorificum Patrem meum.* Ego autem non quero gloriam meam. Se ipsum dilaudabat Christus, non inani jactantia, sed Dei gloriam quærens; à qua oriri debet omnis nostra laus ex ore proprio procedens, ut speciosa, & fructuosa sit, à n. 282. Et rursus docet, prædicatores soli Deo lucere debere, licet omnes illuminent, n. 2247.

19. *Si quis sermonem meum servaverit mortem non videbit in æternum.* Evangelica enim doctrina sepulchra penetrat, mortuos suscitatur, & illuminat, à n. 2334.

20. *Si quis sermonem meum servaverit.* Et si lesus contumeliosis affectus, non tamen à prædicationis munere manum subtrahit, sed urget ulterius. Ut enim S. Gregor. hic: *Cum malorum pervertitas crescit, non solum prædicatione non debet minui, sed etiam augeri: quod suo exemplo Dominus nos admonet, qui postquam damnium habere dictus est, prædicationis beneficia largitus impendit.* Sic concionator, homo cum sit laboriosissimus, aliorum saluti laborans, plusquam homo reprobabitur, & pro virili Deum ipsum æmulabitur, à n. 2414.

21. *Abraham Pater vester exultavit ut videret diem meum.* Per hunc Christi diem communiter Patres intelligunt Passionis, & mortis ejus. Rectè quidem, quia lesus in cruce, ut oleum effusum, sive exinanitum, ab Abrahamo præsentari coepit, n. 1085. Et certè à Christo crucifixo junctissima Dominicæ famæ fragrantia quoque versus diffusa, à n. 1964.

22. *Exultavit ut videret; vidit & gavisus est.* Si diem Dominicæ Passionis vidit, quomodo exultavit, gavisusque est? Cur non potius contristatus, & compassionis affectu actus in lachrymas ivit totus? Sanè quia Christus vulneratus petra est mellita, favi gratiarum, & torrens voluptatis, à n. 2182. & 2187. Vide *Christus patiens.*

23. *Dulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum.* O grande malum obdurata hominum corda! *Tanta duritia quo curreret, nisi ad similes? scilicet lapides;* ait: Augustinus. Tota planè Dei virtus potentissima necessaria est, ut ei lapidea peccatorum peccata subjiciantur, à n. 1233.

Pro Feria IV. post Domin. in Passione.

1. *Facta sunt encoenia in Jerusalem.* Ioan. 10. Perinde est encoenia celebrare, atque festum relevationis Templi agere. Josephus lib. 12. Antiq. c. 11. putat, vocari festum hoc *festivum luminum, quod ex inspirato illuxerit tanta felicitas.* Etenim, cum ex Pauli mente, 1. Corinth. 3. *Templum Dei sumus, & Spiritus Dei* (id est, gratia lumen) *habitet in nobis;* renovatione indigemus, ne extinguantur in animis nostris: *Spiritum nolite extinguere,* 1. Thessal. 5. 19. Indeficiens enim, atque indefessum divinæ gratiæ lumen, ne deficiat ac defatigetur, indeficientem, atque indefessam desiderat nostram cooperationem, à n. 1051. Vide *Lux, & Gratia.*

2. *Et ambulabat lesus in porticu Salomonis.* Hanc porticum esse atrium Gentium, in quo Gentiles versari poterant, nonnulli putant. Ibi signatim Christus deambulabat quasi quærens anhelus Gentium conversionem, & fulgorem in eas mittere veritatis. Ille enim solis ad instar, vel barbaras qualque, ac distitas Nationes illuminat nitidissima Evangelicæ doctrinæ luce, à n. 2378.

3. *Et ambulabat lesus.* Cogitabundus valdè, præ oculis habens Templum illud, & victimas in eo immolatas, tantum Christianæ Ecclesiæ suæ (quam ædificare nitebatur) rudem quamdam delineationem. Synagoga enim tanto à Christi Ecclesiæ distabat intervallo, quantum umbra à corpore, & homo ab imagine sua, à n. 1432.

4. *Et ambulabat in porticu.* Ad Templi januam describitur irrequiete motu deambulans, ut præsto sit omnibus. Christus enim expectat, & inhiat vehementer omnium salutem, à num. 2172. 2176.

5. *Circumdeherunt eum Iudæi.* Vti que sicut apes favum, Christum enim diu vexantes, pungentes, & configentes Iudæi, illum nobis dulciorem fecerunt, à n. 2183.

6. Circum-

Pro Dominica in Palmis.

6. *Circumdeherunt eum.* Et nos encoenia, seu innovationis festum celebrantes, Christum circumdeheremus bono ambitu, ut novi homines novum hominem cœlestia omnia in se continentem, à n. 580. & à n. 1155.

7. *Opera, qua ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me.* Ut Messiam, Regemque se esse palam diceret, cupiebant Iudæi sed noluit Christus verbis jactare quis esset, sed operibus probavit se esse Dei Patris Filium: quod vel in mundi creatione præstitit ut operatorius tanti Genitoris sermo, à n. 921.

8. *Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est.* Theophylactus, sermonem hoc loco, sive Logon, putat dici ipsum divinum Verbum: *Si illi, ad quos sermo Dei factus est, hoc est, Ego.* Vide qua ratione Christus sit æterni Patris sermo, n. 309.

9. *Illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est.* Ubi S. Thomas: *Idèd vocavit eos Deos, in quantum participant aliquid divinitatis secundum participationem sermonis Dei.* Ut noveris, qua ratione Evangelicus sermo, sive Christi doctrina æternam æterni Verbi naturam æmuletur, nosque deficiat, à n. 2324. Ac subinde quomodo ei debeatur divina observantia, omnis religio, cultusque divinus, n. 2334.

10. *Non potest solvi Scripturæ;* id est, irrita fieri, falsa, infirma, abique vinculo firmitatis, vitis, & perpetuatis. Perennis enim, stabilis, & inconcussa manebit Evangelica doctrina per Jesum, & Jesuparam, à n. 2402.

Pro Feria VI. post Domin. in Passione.

1. *Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium.* Joan. 11. Collegendi concilii causa fuit miraculosa Lazarum vitam revocatio: Martha enim, & Maria sorores ejus, ut sibi, suoque fratri inculcitate consequerentur, in Christum, ut in scopum, mentis aciem direxerunt, eum lumino cultu suscipientes, ac suspicientes. Cumque experienti ipsa edocti id etiam præstare debuissent Legis Doctores, & Sacerdotes, ut incolumem servarentur, nihil aliud curant nisi Christum perdere. Sic toto cœlo aberrantes perduntur ipsi, omniaque temporalia perdunt. Igitur, ne nos miserè deeremus, perdamurque, sit nobis lesus unica meta, & præcipuus scopus, in quem collimet nostra omnis quolorem, & mentis acies, à n. 38.

2. *Collegerunt.* Longè aberat ab hoc concilio Christus, quem sevisimè damnant Iudæi. Quia mitium, si infortunatissimum eis extiterit? Nam ubi Incarnata Sapientia præest, ibi consilium bonum, cui secura salus, bonaque fortuna adociatur, n. 75.

3. *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Ubi Origenes: *Est autem, per ea, quæ dicuntur ab ipsis, considerare eorum insipientiam, & caecitatem.* Atqui insipientes erant, ac cæci exerrabant, quia à se Christum amandaverant, qui unus est in una Angelorum, & hominum Doctor, & Magister, à n. 116.

4. *Quid facimus, quia hic homo.* Ex Legis Doctoribus, Sacerdotibus simul cum Pontificibus, & Phariseis, concilium erat collectum, & tamen omnis sapientia evanida fuit, meraque stulticia; quia deerat eis sanctitas, sine qua omnino inanis, & emortua extat quæcumque sapientia, à n. 270.

5. *Si dimittimus eum, sic, omnes credent in eum.* Imò verò quia crucis morte eum damnarunt, omnes ad se trahit. A Christo enim crucifixo jucundissima spargitur fragrantia, qua Nationes omnes misericè recreat, ad illum advolant libentissimè, à n. 1964. Quod referas signatim dicta de Hispanorum conversione, quæ nobilissimum extat Dominicæ Passionis proventus, à n. 1558.

6. *Et venit Romanus, & tollent locum nostrum, & gentem.* Ubi rectè Augustinus: *Temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitaverunt.* O ingens stulticia! O magna cæcitas! Qui enim cœlesti sapientia illustrantur, gyrum rerum cœlestium ambiunt, dum impii per stultitiam in terrenarum rerum puncto, perpetua vertigine circumagitantur, à n. 1160. Vel dicas: Terra est qui terrena bona curat; cœlum, qui cœlestia, n. 1119. Et mundalia omnia minoris ponderis sunt, quam ipsa vanitas, & inanitas, n. 1602.

7. *Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Perirent omnes, si Christus pro omnibus mortem non subiret. Magnum utique Regem hoc illum demonstrant, quod, vel sui ipsius dispendio, universis sit proficuis. Sublimior enim Principum majestas tunc maximè proditur, cum subditorum emolumentis inserviunt, à n. 1120. Vide *Prælati, & Principes.*

8. *Vestros Dei, qui erant dispersi, congregavit in unum.* Magnus Dominicæ Passionis fructus extat unita pax, & concordia, qua florente, amplum Christi imperium demonstratur, Regique ejus majestas, à n. 1415. Vide *Pax, & Concordia.*

P. Ildeph. de Flores in Eccl.

1. Rex hodie Christus proclamatur, Davidici Regni hæres, & ut Rex Regali excipitur pompa à Jerosolymitanis. Rex appellatur Regis Davidis Filius, utique per Mariam, quæ de stirpe Davidica originem ducens, Regnum suum, & Filii sui requirit de manibus nostris, n. 455. Et expende S. Cyrilli Alexandr. verba in Nestorum: *Salvo Virgo, per quam is beneficius in Evangelis nominatur, qui venit in nomine Domini.*

2. *Invenietis asinam alligatum, & pullum cum eo.* Matt. 21. Bene hic Ambrosius Orat. in Auxent. *Pullum sibi asina Salvator per Apostolos jussit adduci: quod gravem sarcinam portare consuevit, sicut est humana conditio, cui dicitur: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* De hoc Joannis testimonio agimus à n. 2177.

3. *Ecco Rex tuus venit tibi.* Bene Rex, in Davide enim, cæterisque Hebræorum Regibus unctus, ac regnans jam extunc resplenderat, à n. 1387. Deinde, Christus Rex nuncupatur, & quidem fortissimus ob debellatum infernum, ob abolitum peccatum, & acquisitam Plebem, sanctam, justam, fidelem, à n. 1171. Et de Regia Christi potestate, & imperio à n. 2271.

4. *Venit tibi, Preme illud tibi;* nam Rex est Christus nostris natus commotis: sublimior quippe Principum majestas tunc maximè proditur, cum subditorum emolumentis inserviunt, à n. 1120.

5. *Justus, & Salvator.* LXX. Zachar. 9. 9. *Salvatoris alii vertunt: salute plenus, sive circumdatus.* Hoc præfiguratum videas in Josepho Jacobi filio ad supremum Regni evecto fastigium, regali pompa excepto, & proclamato mundi Salvatore Genes. 41. à v. 14. usque ad 45. Vide n. 1125. Salute plenus noster lesus, salute circumdatus, imò Deus noster, Deus salvus facienti (Pl. 67. 23.) quali totus saluti hominum incumbens, quam vehementer exoptat, à n. 2172.

6. *Eum desuper sedere fecerunt.* A sinâ, & asinæ pullo Christus venit, Passioni proximus. His duobus animalibus utrumque populum, & Hebræum, & Gentilem designari, multi ex Patribus arbitrantur. Ab utroque portatur Dominus ut Rex utriusque. Itane portatur ille, qui subditorum suorum onera portaturus advenerat? Portatur sanè, sed simul portatur: portatur, quia [ut S. Remigius explicat] *præ sedens sanctæ Ecclesiæ, vel animi fidelis, & eam in hoc sæculo regit, & post hanc vitam ad visionem cœlestis Patriæ introducit:* portat verò, quia, vel ab incunabulis, iniquitates nostras ipse tulit, eadem laturus in cruce usque ad vitæ dispendium. Ut noverint qui alius præstunt datum sibi præfecturam, non tam ut suos regant subditos, quam ut illorum onera portent, à n. 1129.

7. *Et eum desuper sedere fecerunt.* Ubi Theophylactus: *Primum sedit super asinam, postea super pullum, quia primum quiescit in Judæorum Synagoga, deinde in Gentili Populo.* De reque Christi in Synagoga Hebræorum, multa dedimus à n. 1237. & à n. 1309. De ejusdem reque in Ecclesia Christiana ex Gentilibus constructa, plura habes à n. 1420. Et in Hispanensi Ecclesia signatim à n. 1488.

8. *Et insedit super eos.* Super asinam, & pullum illius, eos scilicet subjugando, ut Rex potentissimus, Judæismi enim, & Gentilismi vires adversus Christianam fidem, lesus frangit, ac perdit, n. 1148.

9. *Plurima autem in ea straverunt vestimenta sua in via.* Rectè S. Gregorius: *Quid enim sunt terrena omnia, nisi quadam corporis indumenta? Homil. 32. in Evang. Etenim ut possent unâ omnes proclamare, Hofanna in altissimis, id est, Salva nos in excelsis, terrena omnia à se prius abjecerunt conculcanda. Cœlum enim eris, si à terræ contubernio longè sejungaris, cœlestia, & æterna quærens, à n. 1115. Sic etiam cœlesti sapientia pollentes, gyrum rerum cœlestium ambiunt, dum impii per stultitiam in terrenarum rerum puncto, perpetua vertigine agitantur, à n. 1160.*

10. *Alii autem cadebant ramos de arboribus:* Olivarum nempe; quibus & voces concordæ erant, quippe, nonnullorum mente, perinde est, Hofanna filio David, atque rami filio David, vel potius, salutem, seu redemptionem fac nobis. Opportunè sanè; nam cum oliva fit misericordie symbolum, oleaginibus ramis Christus erat excipiendus, ut captivorum Redemptor, à n. 1821. Pacis etiam emblema est, n. 1629. Et Imperii similiter, n. 1471. Utrumque sibi consonat, quippe ubi alta pax floret, ibi divina Christi potestas, & Regia splendet majestas, à n. 1415. Et expende Zachariæ locum c. 9. v. 9. & 10. consultis ibi nostris Cornelio, Ribera, Castro, & Sanctio.

11. *Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam.* Joan. 12. 13. Palma victoriæ est symbolum, n. 1621. Unde *rami palmarum victoriam significant* (ait Euseb. Emisen.) *quam Dominus ille diebus de hoste triumphans susceperunt erat, Cæterum, cum palma non concedatur nisi post victoriam,* quid



quid est quod ante congressum passionis, & crucis trium- phum, palmis honoratur Christus? Certè quia aded se- curus ille de triumpho erat, ut ante ipsum etiam congres- sum potuerit coronari donari, vel ea quoque de causa quod ab ipso vita principio certamen cum hoste fortiter aggressus fuerit. Ut appareat, tantam esse boni principii virtu- tem, ac potestatem, ut qui benè incepit, possit jam coro- nari beati, quasi trophæum omnino absoluerit in ipso ope- ris initio, à n. 886.

Pro boni Latronis conversione.

1. Non desuit Virginis Matris ibi adstantis patrocinium in conversione fortunatissimi illius Latronis, omnia enim, & singula gratiæ dona à Maria, & per Mariam, à n. 1011. Et ipsa est, quæ avidissimè exoptat, & procurat omnium salutem, à n. 2197. Et per quam fortunatissimè negotia- mur, à n. 2253. Est enim totius bonæ fortunæ rota; & bona ipsa fortuna est, non cæca, sed multocula, à n. 73.

dens mater est totius gratiæ, & gloriæ? à n. 2073.

Pro Feria V. in Cœna Domini.

1. Ne Mariam insulatum prætermittas aliquo elogio, ob- serva, primum Christi miraculum in Chana Galiliæ per- petratum interventu Virginis, ad Eucharistiæ institutionem spectasse, n. 965.

non Dei Domini, sed hominis servus implevit officium. De Christi famulatu in veteri Synagoga, & in Ecclesia Chris- tiana præsertim, vide à n. 1372. usque ad 1407. Et vide Christi servitium.

Pro Feria I. in Resurrectione.

1. Ecce duo ex illis ibant ipsa die etc. Luc. 24. Opportunè hic re- sonat Propheta Amos 3. 3. Nam quia ambulabunt duo pari- ter, nisi convenerit eis? Duo ergo Discipuli ambulantes de- scribuntur, ut iummas animarum consensum, atque inter ipsos pax & concordia designetur. Nil mirum, si illis Dominus obvis fuerit recentis resurrectionis suæ jubare accinctus, loquentes de se Dominus propinquans comitatur, ut quod se facturum promiserat, impleat, scilicet, ut ubi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Scilicet, ubi alia pax floret, & concordia, ibi Christi po- testas, & Regia respundet majestas, à n. 1415. Quò referas Ezechielis curru, ubi Christus gloriosus apparet inter ani- morum, studiorumque consensionem, n. 1418, & 191.

ne incidere in manus Iudeorum persequentium. Oculi! In profi edo enim publicè Christianæ fidei mysteria, nulla est confusio, in d summa est gloria, n. 2239.

Pro Fests Christi Domini, SS. Trinitatis, & Spiritus sancti.

Pro Incarnatione Christi Domini.

1. Missus est Angelus Gabriel à Deo. Luc. 1. Cur ad summum Incarnationis mysterium Angelus mittitur? Quia jam olim, vel ab initio Angelicæ creationis, Angelis omnibus propositum fuit incarnationis Sacramentum curandum, co- lendum, adorandum, ac miris plausibus celebrandum. An- nuerunt boni, renerunt mali, illi coronâ donati, hi ad tartara detrusi, n. 208. 216. 227. 533. 1080. 1103.